ADDITIONES.

a IN quacunque alienatione rei emphyteuticæ ſoluendũ
eſt domino dire
cti laudemiũ.]
Adde, quod ſi-
1 cut † alienata emphyteu-
ſi debetur domino directo
laudemium, l.finali, Cod.
de iur. emphyteut. & Cla
rus hoc loco notat; ita ſi-
militer debeatur laude-
mium, ſi emphyteuta ad
longum tempus locauerit,
Speculat.de locato.§.nunc
aliqua. verſ. 123. cum ſe-
quent. Imol. in capit. po-
tuit. 4. columna 14. extr.
de locat. Alexander conſi-
lio 165. columna prima,
libro ſecundo. Decius con
ſilio 204. numero ſecun-
do, & alij. Nec id mirum
Nam ſi locatio ad longum
tempus alienatio eſt? cur
non debebitur domino lau
demium? vide Aluarum
Valaſcum in tractatu de
iur. emphyteut. quæſtio-
ne vigeſimanona, numero
decimoſexto. Adde item
2 quod † laudemium, ex
alienatione domino debi-
tum, non cenſeatur per
pactum alienandi remiſ-
ſum. Ita tenent Salicetus,
& Iaſon numero quarto,
in dicta l. finali, C.de iure
emphyteut. & plures alij,
quos refert, & ſequitur
Henric. a Roſenthal. in
tractatu iuris feudal. ca.9.
membr. 1. concl.42. num.
12. *Harprec.*

b *Laudemium.*] Hic
aduerte, quia non debetur
laudemium de fundo em-
phyteutico in dotem dato
filiæ, ſiue fuerit ei datus
æſtimatus, ſiue inæſtima-
tus per Crauet. in conſilio
215. poſt nu. 6. ſicut etiam
non debet ſolui à filijs de
hæreditate patris; quia nõ
eſt noua acquiſitio. Bald.
in cap. quem in Eccleſia-
rum, numero trigeſimo-
ſexto, de conſtitut. Capr.
in conſ.41. ſequens Angel.
in l.in ſuis, ff.de liber. & poſthum. Dec. conſilio 445. numer. 5.
& in Authen. præterea, num. 20. C. vnde vit. & vxor. vbi latè
illud tamen, quod dixi de fundo emphyteutico in dotem dato,
intellige, vt per Crauett.
ibidem, numero 7. quando
pater non habet alia bona,
de quibus poſſet filiam do
tare, at ſecus vbi haberet,
quia tunc non poſſet ſine
domini conſenſu, quia iſta
non dicitur alienatio ne-
ceſſaria, vbi adſunt alia bo
na. Sed quid ſi pater do-
net filio? vide ibidem nu.
fin. *Giach.*

c *Quinquageſima.*] De
laudemio pro fundo Ec-
cleſiæ ſolué do ad ſextam
partem veri pretij, vide
per Riminal. iun. in conſ.
38. Vnum ſcias, quod lau-
demium non ſoluetur ab
emphyteuta, comprehen-
ſo in contractu, & qui cõ-
tractus rem conſequitur,
vt per Gabr. Eugubin. cõ
ſil 84. n.5. quem vide per
totum illud conſ. 92. qui te
net debere laudemium ſol
ui ab emphyteuta, qui di-
uiſionis titulo rem totam
conſecutus eſt, quando ad
eam rem iure accreſcen-
di, vel vi contractus veni-
re haud poteſt: & clara re-
ſolutione diſtinguit tres ca
ſus, quos apud eum vide-
to. *Giach.*

d *De donatis*] Et quid
de datis in dotem, an de-
beatur laudemium? vide
per Caſſan. in comment.
ad conſuetud. Burgun. tit.
des mains mortes. §. 10. n.
47. Boer. in cõſue. ſepten.
Bituric. tit. de conſuetud.
feudor. §. 20. Guid. Pap.
deciſ. 48. numero ſecun-
do, vbi & alios caſus enu-
merat, ex quibus non de-
betur laudemium domi-
no. Et idem Guido Papæ
ſingul. 465. de remiſſione,
vel conceſſione inter ſo-
cios facta laudemium non
deberi affirmari, allegat
Bartolus in lege ſiue, circa
finem, ff. de condit. furt.
Gouean.

QVÆST. XXIII.

1 *DIctum eſt de
alienatione
rei emphy-
teuticæ, qui-
bus caſibus
permiſſa ſit;
Nunc ſcire debes, quod in qua
a cunque [a] alienatione rei em-
phyteuticæ ſoluendum eſt do-
b mino directi laudemium, [b] id
c eſt, quinquageſima pars pre-
tij, pro quo res ipſa alienatur,
& ſic ad rationem duorũ ſcu-
torum pro quolibet cẽtenario.
2 Sed quæro, an ſoluendum ſit
huiuſmodi laudemium ſolum
modo de rebus venditis, aut
permutatis, an autem etiam
d de [d] donatis? Reſp. quod etiã
de donatis ſoluendum eſt. Et
hæc eſt communis opin. vt di-
cit Bertrand. conſ. 123. nu. 1.
lib. 1. in 1. parte. Et dicit Iaſ.
in d. l. fin. poſt nu. 68. verſ. Se-
quitur poſtea. quod in hoc ne-
mo diſcrepat. Huiuſmodi n.
laudemiũ ſoluitur propter no-
uam inueſtituram, quæ a domi
no conceditur, quæ ratio mili-
tat tam in donatario, quam in
emptore, aut alio acquiſitore,
cui opus ſit noua inueſtitura.
3 Sed quid ſi in ipſa conceſſio-
ne, ſeu inueſtitura emphyteu-
tica conuentum ſit inter do-
minum, & emphyteutã, quod
poſſit ipſe emphyteuta ius ſuũ
vendere, cui voluerit, nun-
quid ſi deinde vendat, adhuc
ſoluendum eſt laudemium?
Reſp. quod ſic. Ita tenet Sal.
in d. l. fin col. 1. verſ. Sed iux-
ta primum, & eſt communis
opin. vt dicit Soc. iun. conſil.
70. n. 11. & poſt n. 27. lib. 3.
Nam (vt dixi) ſolutio laude-
mij fit propter nouam inueſti-
turam; & ideò nihil refert, an
primus emphyteuta potuerit
vendere domino irrequiſito,
vel non; ſed ſolummodo an no-
uus acquiſitor opus habeat no
ua inueſtitura, vel recognitio-
ne domini directi.
4 Vlterius quæro, quis tenea-
tur ad ſolutionẽ laudemij, an
emphyteuta, qui alienat, an
autem acquirens ipſam rem
emphyteuticam? Reſpondeo,
quod generaliter nouus em-
phyteuta, vel feudatarius, vel
acceptor eſt ille, qui tenetur
ſoluere laudemium domino di-
recti. Ita tenet gloſſ. in dicta l.
final. in verbo accipere, & ita
obſeruatur, vt dicit Iaſ. in di-
cta l. final. numero 41. Cod. de
iur. emphiteut. quem refert
Gozadin. conſilio 65. numero
primo. Soluitur enim propter
nouam inueſtituram, vt ſupra
ſæpius dixi.
5 Sed pone, quod dominus di-
recti deceſſerit, relicta hæredi
proprietate, alteri vero vſu-
fructu ipſius proprietatis:
Quæro, ſi durante vſufructu
contingat rem emphyteuticã
alienari, cui debeatur laude-
mium, proprietario, an vſufru
ctuario? Reſp. quod laudemiũ
debetur vſufructuario, non au
tem domino propietatis. Ita
dicit Ioan. Andr. in addit. ad
Spec. de emphyt. in verſ. 93. in
verbo, Qui tabernas, poſt me-
dium. & eſt commu. opi. vt ait
Soc. iun. in d. conſ. 70. nu. 31.
lib. 3. Cum. n. fructus ſit vtili-
tas ex re, vel propter rẽ proue
niẽs, merito hoc emolumentũ,
quod propter rem ipſam pro-
uenit, ad vſufructuarium per-
tinere debet: ita vidi ſeruari.*

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an propter alienationem rei emphyteuticæ cadat a
iure ſuo.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuta irrequiſito domino rem emphyteuticam alienans
iure ſuo priuatur.*
2 *Tametſi iuris ignorantia lapſus alienationem fecerit.*
3 *Ne ruſtico quidem, mulieri, & militi licet ignorare iura con-
tractus.*
4 *An emphyteuta pœnam priuationis euitet, ſi poſt alienationem
illicite factam recuperauerit rem emphyteuticam.*

ADDI-

ADDITIONES.

a NVnquid emphyteuta propter alienationem rei emphyteu-
1 *ticæ factam, &c.*] Emphyteutam, qui † irrequiſito domi-
no, rem vectigalem, ſiue emphyteuticam alienauit, iure ſuo
cadere, oſtenſum eſt ſupra
ad quæſt. 13. Hæcque con-
cluſio ampliatur, vt proce-
2 dat, etiamſi † iuris igno-
rantia lapſus emphyteu-
ta prædium emphyteu-
ticum, non conſentiente domino, alienauerit. Siquidem à pœ-
na priuationis propter iuris ignorantiam minime excuſatur,
argumen. l. leges ſacratiſſimæ. 9. C. de legib. & l. conſtitutio-
3 nes. 12. C. de iur. & fact. ignorant. Imò ne † ruſtico quidem,
mulieri & militi iura contractus ignorare licet, argum. l. vt im.
C. eod. tit. ac proinde ob alienationem irrequiſito domino fa-
ctam à iure ſuo cadunt, vt docuit Bal. in cap. 1. quæſt. penult.
de controu. inter domin. & emptor. feud. tit. 42. lib. 2. feudor.
Iaſ. in l. fin. C. de iur. emphyteut. num. 128. & ſeq. Tiraquel.
de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 7. num. 17. Gulielm. Rodoan.
in tractat. de reb. eccleſ. non alienand. de caducitate ob rei alie-
nationem. verſ. emphyteuta quoque num. 12. & Corbulus in
tractat. de iure emphyteu. cap. 14. ampliat. 46. At quid dicen-
dum, ſi emphyteuta poſt alienationem, & traditionem illicite
factam recuperauerit rem emphyteuticam: nunquid hoc caſu
pœnam priuationis eui-
tabit? Minime: quia ſta-
tim alienatione facta ius
domino fuit quæſitum,
quod ipſi abſque ſuo fa-
cto, & conſenſu auferri,
aut per redemptionem rei venditæ tolli nequit. l. 1. §. ſi rem
25 ff. depoſiti. l. quidam. 10. in fine principij, & l. rogo. 21. ff.
de fideicommiſſar. libertat. l. id, quod noſtrum 11. ff. de reg.
iur. cap. 1. quid iuris, ſi poſt aliena. feudi vaſſallus id recupe-
rauerit. tit. 44. lib. 2. feudor. Emanuel Soarez. in theſ. recept.
ſentent. in verb. emphyteuſis. num. 78. & poſt alios tradidit
Clarus noſter ſupra d. quæſt. 13. num. 6. Plura huc pertinentia
expoſui copioſius ad §. adeo autem. 3. Inſtitut. de locat. & con-
duct. num. 426. & ſeqq. *Harprec.*

b *ſup. q. 13.*] Vide, quæ ibid. in apoſtillis meis dixi. *Giach.*

QVÆST. XXIV.

1 *QVæro, nunquid [a] emphy-
a teuta propter aliena-
tionem rei emphyteuticæ fa-
ctam irrequiſito domino cadat
b a iure ſuo? dixi ſupra [b] quæ-
ſtio. 13.*

QVAESTIO XXV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta, qui interuertit poſſeſſionem domini, an cadat a
iure ſuo, poſſitque ab ipſo domino propria authoritate expelli.*

Ex Additionibus.

1 *Non ſolum emphyteuta, qui interuertit poſſeſſionem domini;
ſed & qui negat, bona eſſe emphyteutica, iure ſuo cadit.*
2 *Vaſallus ſi inficietur feudum id amittit.*
3 *Mendacium quibus caſibus puniatur remiſſiue.*

ADDITIONES

a INteruertit.] Adde, quod ſi Emphyteuta neget bona eſſe
emphyteutica, fundamentum domini eſt probare, quod
ſint: commune dixi in d. collecta mea num. 27. *Giach.*

*An emphyteuta, qui
interuertit poſſeſſionem
domini, cadat à iure
1 ſuo.*] Non † ſolum ille
emphyteuta, qui poſſeſ-
ſionem domini interuer-
tit, auctore hic Claro no-
ſtro; ſed & qui ſcienter
negat, ſe eſſe emphyteu-
tam, & rem eſſe emphy-
teuticam, & poſtmodum
mendacij conuincitur;
haud dubie emphyteuſin
perdit. Quia cum negan-
do in re ipſa peccet: iu-
ſtum eſt, vt quoque pri-
uatione rei puniatur, ar-
gumen. l. ex facto 43. §. Iulius Longius, ff. de vulgar. & pu-
pillar. ſubſtitut. l. conſenſu. 8. §. hæc niſi. C. de repud. l. qui-
cunque 14. C. de epiſcop. & cleric. & cap. fin. extra de im-
munit. Eccleſiar. Hucque confert text. in §. vaſallus in feu-
dum, & §. vaſallus feudum tit. 26. lib. 2. feudor. vbi expreſſe
2 cauetur: quod, ſi vaſallus † inficietur feudum, vel feudi par-
tem, aut eius conditio-
nem, poſtea de menda-
cio conuictus, feudum,
& eius conditionem per-
dat. Atque ita docet Spe-
culator in tit. de locato.
§. nunc aliqua. (vt vulgo
citari ſolet) vel potius
in titul. de emphyteuſi
quæſtio. 65. numero 82.
& Corbul. in tractat. de
iure emphyt. cap. 1. num.
2. cum ſeqq. Ceterum
3 plures caſus, quibus †
punitur mendacium, re-
tuli in §. adeo autem 3.
Inſtitut. de locat. & con-
duct. numero 446. & ſeqq. *Harprec.*

QVÆST. XXV.

1 *QVæro, an Emphytauta,
a qui interuertit [a] poſſeſſio-
nem domini, cadat à iure ſuo?
Reſpon. quod ſic. Sed nunquid
poterit hoc caſu ab ipſo domi-
no propria auctoritate expel-
li? Reſpon. quod non. Ita tenet
gl. in d. l. 2. in verbo, Repelle-
re, cum qua omnes tenent, vt
ait Iaſ. ibi nu. 117. & ratio eſt,
quia tunc incipit emphyteuta
in totum ſuo nomine poſſidere,
& ſpoliare dominum ſua ciuili
poſſeſſione: & ideo via iuris,
non facti, contra eum agen-
dum eſt. Hoc tamen intelli-
ge, quando ex interuallo; ſe-
cus autem ſi incontinenti: tunc
enim vtique poſſet pro de-
fenſione ſuæ ciuilis poſſeſſionis,
illum propria auctoritate ex-
pellere: ad quod videnda ſunt
ea, quæ dixi infra lib. 7. §. poſ-
ſeſſio.*

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta an propter deteriorationem expelli poſſit.*
2 *Et an emphyteuta poſſit incidere arbores fructiferas.*

Ex Additionibus.

1 *Emphyteuſis amittitur, ſi emphyteuta dolo, aut culpa rem
emphyteuticum inſigniter deteriorauerit.*
2 *Colonus, contra legem contractus faciens, iure expellitur.*
3 *An emphyteuta etiam ob leuem deteriorationem, priuationis
pœna plectendus ſit, ſi diſerte promiſit, ſe rem emphyteuti-
cam non deteriorem facturum.*
4 *Verba ſic accipienda ſunt, vt aliquid operentur.*
5 *Omnia pacta ſecundum ſubiectam materiam intelligenda.*
6 *Quando verba ſine effectu operandi relinquenda.*
7 *Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur.*
8 *Quæ dubitationis tollendæ cauſa exprimuntur, ius commune
non lædunt.*
9 *Nunquid emphyteuta, qui partem duntaxat fundi emphy-
teutici deteriorem fecit, toto fundo priuetur.*
10 *Hæres ratione eius tantum partis, in qua fraudem adhibuit,
punitur.*
11 *Pena commenſuranda delicto.*
12 *Vaſſallus, qui nolente domino partem feudi alienauit, non to-
to feudo, ſed parte ſolum alienata priuatur.*
13 *Intellectus l. ſi quis in graui 3. §. ſi autem 24. ff. de SC. Silan.*
14 *Sententia l. etiamſi partis 111. ff. de legat. 1.*
15 *Conſideratio l. eadem dicemus 4. §. Cato. verſic. quamuis, ff. de
verb. oblig.*
16 *Emphyteuta, arbores fructiferas incidens, ius ſuum perdit.*
17 *An emphyteuta priuationis penam incurrat, ſi arbores fructi-
feras a ſe poſitas inciderit.*
18 *Arbores pars ſoli eſſe iudicantur.*
19 *Quatenus dominus ex inciſione arborum, ab ipſo emphyteuta
plantarum, damnum patiatur.*
20 *Anne iure ſuo cadat emphyteuta, ſi alias arbores frugiferas in
locum ceſarum conſtituerit.*

ADDI-

QVÆST. XXVI.

1 a Qværo, nunquid a emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationem? Reſpondeo, ſi loquamur in emphyteuta Eccleſiæ, certum eſt, quod poteſt expelli. Textus eſt in Authent. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Sed quid in emphyteuta priuati? Reſpon. quod pariter etiam expelli po-

ADDITIONES.

a Nvnquid emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationē.]
1 Si † emphyteuta dolo, culpa lata, aut leui, rem emphyteuticam inſigniter deteriorem fecerit, ab omni iure ſuo cadit, adeoque expelli poteſt, per Nouell. 120. cap. 8. & auth. qui rem. C. de SS. Eccleſ. Qui textus licet de emphyteuſi eccleſiaſtica loquantur: rectè tamen etiam ad ſecularem, ſiue ciuilem, cum in vtraque ratio eadem militet, porriguntur. Nam in vtraque emphyteuſi ita res emphyteutæ datur, vt eam excolat, & meliorem faciat; in vtraque, inquam, res vtenda, non abutenda; melioranda, non deterio-
2 randa datur. Et † ſane ſi colonus, contra legem contractus faciens, iure expelli poteſt. l. æde. 3. C. de locato. poterit & emphyteuta hac de cauſa: quia in contractu emphyteutico non minus, ac in contractu locati, firma & rata eſſe debent, de quibus conuenit. l. 1. C. de iur. emphyteut. Atque ita, præter Clarum noſtrum, ſentiunt Bald. Alexand. Decius, Iaſon, & alij in d. authen. qui rem. C. de SS. Eccleſ. Crottus conſ. 155. num. 1. Marcus Anton. Natta conſil. 481. in princip. volum. 3. Roland. à Valle conſil. 49. num. 21. volum. 2. Mynſinger. cent. 6. obſer. 86. Hartman. Piſtoris lib. 1. quæſt. iur. quæſt. 28. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. caſ. 78. num. 3. D. Obrecht. diſput. 36. de iur. emphyteut. th. 285. cum multis ſeqq. D. Bocer. claſſ. 2. diſput. 14. th. 84. edit. 2. Corbulus in tractat. de iur. emphyteut. cap. 13. num. 4. & 24. Trentacinquius var. reſolut. iur. lib. 3. reſol. 2. de iure emphyt. alijque per eos relati.
3 Illud haud expeditum eſt: ſi † emphyteuta in contractu emphyteutico diſertis verbis promiſit, ſe rem emphyteuticam non deteriorem facturum, vtrum hoc caſu ob quamuis, non ſolum inſignem, & magnam, verum etiam propter leuem, & modicam deteriorationem, priuationis pœna plecti debeat? Quod quidem aſſerit Natta d. conſil. 481. nu. 14. & ſeqq. quem citat, & ſequitur Corbulus tractat. iure emphyt. cap. 13. num. 9. argumento l. ſi quando. 109. in princip. ff. de legat. 1. & cap. ſi Papa. 10. ibi, cum verba aliquid operari debeant. de priuileg. in 6. Quibus ex locis hæc colligitur doctrina: in quauis diſpo-
4 ſitione verba † ſic accipienda eſſe, neocioſa ſint, ſed vt aliquid operentur. Iam vero ſi in propoſita ſpecie emphyteuta, propter leuem deteriorationem, priuationis pœnam pati non deberet, pactum illud de re non deterioranda fruſtra interpoſitum cenſeretur, contra d. l. ſi quando. 109. ff. de legat. 1. & d. cap. ſi Papa. 10. de priuileg. in 6. Sed, obiectione iſthac nihil nihil mouente, probabilius eſſe iudico, quod emphyteuta, cum quo talis inita eſt pactio, ob leuem deteriorationem iu-
5 re ſuo non cadat. Omnia † enim pacta, & verba pactorum ſecundum ſubiectam materiam, & naturam illius rei, qua de agitur, intelligi debent. cap. ſolitæ. 6. & ibi Canoniſtæ. extr. de maioritate, & obedient. l. ex conducto. 15. §. ſi vno. 4. & l. quæro. 54. §. 1. ff. locati. l. ſi olei. 21. C. de locato. l. damni. 43. ff. de damn. infect. Nicol. Euerard. in locis legalib. loc. à ſubiecta materia, num. 1. Atqui contractus emphyteutici natura, & conditio hæc eſt; vt leuiſſimam emphyteuta culpam præſtare non cogatur, argum. l. ſi, vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodat. l. contractus. 23. ff. de reg. iur. & docui latius ad §. adeo. 3. num. 399. Inſtitut. de locat. & conduct. lege item infra ad quæſt. 42. num. 2. & conſequenter quod ob leuiſſimam culpam, & deteriorationem modicam non puniatur. Quocirca pactum illud, de re non deterioranda adiectum, hanc in ſententiam accipi non debet, quod emphyteuta leuiſſimam culpam in re deterioranda præſtare teneatur.
6 Nec † quicquam obeſt, quod modo de operatione verborum, ſeu pactorum adductum eſt. Etenim potius admittitur, vt & verba, & pacta ſint ſuperuacua, & ſine effectu operandi, quam vt aliquid operentur contra ſubiectam materiam, & naturam illius rei, de qua tractatur, per notata Baldi in rubr. C. de contrah. empt. num. 9. Alexandri conſil. 21. num. 9. lib. 5. Gozadini conſ. 74. numero 16. Socin. regul. 440. limitat. 2. &
7 Cephali conſil. 104. num. 8. Et † iuris non incogniti eſt: quod expreſſio illorum, quæ tacite inſunt, nihil operetur: quodque potius admittatur, vt diſpoſitio ſit ſuperflua, quam vt expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, aliquid operetur. l. verba hæc. 12. ff. de conditionib. inſtitut. l. hæc verba. 3. & ibi Bartol. & Iaſ. ff. de legat. 1. l. non rectè. 3. Cod. de fideiuſſorib. Ruin. conſ. 68. num. 15. lib. 1. Pariſ. conſil. 110. num. 47. lib. 1. Cenſetur etenim expreſſio eorum quæ tacite inſunt, ad tollendam omnem dubitationem facta fuiſſe, tradentibus Socin. conſil. 102. num. 11. lib. 3. & Cephal. d. conſil.
8 104. num. 14. Iuris autem indubitati eſt, † quod ea, quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædant, neque mutent. l. qui mutuam. 56. in princip. ff. mandati. l. quæ dubitationis 81. ibique Decius & Cagnol. ff. de regul. iur. Crauett. conſ. 70. num. 29. lib. 1. alijque plures, quos memorat, & ſequitur Ludolphus Schrader. in tract. feud. part. 10. ſect. 3. num. 39. & ſeq.
9 In † diſceptationem vocatur & illud: nunquid emphyteuta, qui non integrum fundum emphyteuticum, ſed partem duntaxat eius deteriorem fecit, toto fundo, vel ſaltem ea parte, quam fecit deteriorem, priuetur? Priuari eum toto fundo, ſcribunt diſerte Richardus Malumbra, Oldrad. & Baldus in l. cum eiuſdem. 34. ff. de ædilit. edict. Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in l. ade. 3. ſub num. 14. verſic. ſed quid ſi ex pluribus rebus. C. de locato. Chaſſaneus in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. num. 7. Roland. à Valle conſil. 49. num. 15. lib. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 22. num. 6. Albert. Brun. in tract. de augmento monetæ. concluſ. 22. Tiraquel. de retraict. lignagier. §. 23. num. 4. gloſſ. 1. Corbul. d. tractat. de iur. emphyteut. cap. 13. num. 7. Trentacinq. d. lib. 3. reſolut. 2. num. 3. alijque ab ijs deſignati. Ceterum contrariam ſententiam & veritati, & æquitati magis eſſe amicam reor per l. reſcriptum. 6. & l. hæres. 11. ff. de his, quæ vt indignis auferunt. Ex quibus textibus appa-
10 ret, quod † hæres ratione eius tantum partis, in qua frau-
11 dem adhibuit, puniatur. Et ratio non obſcura eſt: quia † pœna commenſuranda eſt delicto, nec id excedere debet, l. perſpiciendum. 11. l. aut facta 16. ff. de pœnis, l. ſancimus 22. eod. cap. quæſiuit. 2. in fin. extr. de ijs, quæ fiunt a maior par. capit. c. felicis 5. §. illud autem. de pœn. in 6. Accedit tex. in tit. 38. de vaſallo, qui contra conſtitut. Lotharij regis benefic. aliena-
12 uit. lib. 2. feud. vbi † vaſallus, qui inſcio, aut nolente domino, partem tantum feudi alienauit, non toto feudo, ſed ea ſolummodo parte, quam non conſentiente domino alienauit, priuatur. Idem igitur in deterioratione reſpondendum erit; quod videlicet partem feudi deteriorem reddens vaſallus, non toto feudo, ſed ea tantummodo parte, quam deteriorem reddit, priuetur. Et ita tenent Corn. conſil. 67. num. 11. lib. 2. Schrader. d. tractat. feud. part. 9. cap. 6. num. 70. & D. Collega Bocer. claſſ. 2. diſput. 14. the. 85. vbi allegat idem ſentientem Iacobum Concennat. lib. 4. quæſt. iur. quæſt. 5. num vlt.
13 Neque † turbat hanc ſententiam l. ſi quis in graui. 3. §. ſi autem non totum 24. ff. de ſenatuſconſ. Silan. vbi Vlbianus in hæc verba reſpondit: **Si non totum teſtamentum, ſed pars eius aperta ſit: dicendum eſt, in edictum incidiſſe eum, qui aperuit.** Parui enim refert, vtrum totum, an pars aperiatur. Nam hoc ibidem I C. dicit reſpectu Senatuſconſulti illius, in quod æque delinquid, qui partem aperit teſtamenti, antequam vindicata ſit neces defuncti, atque is, qui totum; nec ad feudi ſine emphyteuſeos, vel deterioratione, vel alienationem trahi debet.
14 Non † quoque hanc aſſertionem euertit l. etiamſi partis 111. ff. de legat. 1. vbi etiam tutor partis bonorum, ſi a tutela ſe excuſet, toto eo priuatur, quod ipſi teſtamento eſt relictum. Licet enim quis partis tantum bonorum pupilli tutor ſit: tamen nihilominus tutor eſt; & cum totum detrectet tutelæ officium; merito & omni beneficio legati, vel fideicommiſſi carebit. Secus autem eſt, ſi quis partem tantum rei emphyteuticæ, ſiue feudalis deteriorauerit. Is ſiquidem totum deteriorafſe dici non poteſt.

Non

b teſt propter b deteriorationē. Ita tenet Petr. in d. Auth. qui rem. & eſt communis opin. vt dicit Iaſ. in ea. Auth. qui rem. num. 5. & ſeq.
2 Hinc infertur, quod nō poteſt Emphyteuta incidere ar-
c bores fructiferas. Ita tenet Bart. in l. diuortio. §. fundum, nu. 3. ff. ſolu. matrim. cum quo tranſeunt indifferenter omnes DD. antiqui, et moderni, vt dicit Iaſ. in eod. §. ſi fundum, nu. 12. & dicit Ang. in l. ſi colonus. ff. arborum furtim cæſarum: quod ab hac concluſione nullus unquam diſcrepauit Et ideò ſi illas incidat, cadit à iure ſuo, & poteſt expelli, & priuari. Ita tenet Bald. in d. §. ſi fundum, & eſt communis opin. vt ait Iaſ. in d. §. ſi fundum. num. 4. Picus in l. Titia. §. Titia, poſt nu. 96. ff. de lega. 2. Quæ licet videatur nimis rigoroſa: tamen tenenda eſſet in practica, vt emphyteutæ metu caducitatis, & priuationis, bene verſentur in reb. ſibi in emphyteuſin conceſſis. Faciunt, quæ dixi infra hoc eod. lib. §. Fundum, q. 47. Hæc tamen omnia intellige, quando eſſet notabilis deterioratio: ſecus, ſi eſſet modica, vel minima.

15 Non † item eandem concluſionem infringit l. eadem dicemus, 4. §. Cato, verſic. quamuis, ff. de verb. oblig. quem textum Angelus, Iaſon, Carolus Ruin. & plerique Doct. in hanc ſententiam interpretantur: quod obligatus ſub certa pœna de non faciendo aliquid, ſi contra faciat, ſiue contraueniat in parte, totā pœnam vi ipſa incurrat. Verius namque eſt, ex ſpecie iſtius, §. eu nci poſſe, quod pœna cōmittatur pro parte contrauentionis tātum, vt egregie contra alios demonſtrauit Gaſpar. Caballin. in tract. diuidui, & indiuidui, 3. part. principal. nu. 522. & ſeqq. *Harpr.*

Non poteſt emphyteuta incidere arbores fructiferas.] Emphyteutā, qui ar-
16 bores fructiferas incidit, ius ſuum perdere certum eſt: quia eiuſcemodi arbores incidendo, fundum emphyteuticum deteriorem reddere dicitur, l. ſi cuius, 13. §. ſanctuarius, 4. ff. de vſufruct. l. & eleganter, §. non ſolum. 3. ibi arbores deieciſſet, &c. ff. ſi vſusfruct. petat. & l. in fraudem, 45. §. conductor, 13. ibi arbores pomiferas cæderé, ff. de iur. fiſci. Atque ita tradunt præter Clarum noſtrum, & ab eo hic relatos, Gulielm. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienand. de caducitate ob rei deteriorationem in princ. pag. 505. Menochius de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 78. nu. 7. Tobias Non. conſilio 58. num. 21. Ioan. Hanibal. in l. nemo poteſt, 55. nu. 168. ff. de legat. 1. Pinel. ad l. 1. C. de bon. matern. part. 2. ſub nu. 60. verſ. idem in emph. Corbul. d. tract. de iur. emph. c. 13. num. 2. pluresque alij per eos congeſti.
17 Illa addenda hic quæſtio eſt: an † emphiteuta, ſi fructiferas arbores à ſe poſitas inciderit, priuationis pœnam mereatur?
18 Et mereri, verius eſſe arbitror. Cum † enim arbores ab emphiteuta plantatæ, pars ſoli eſſe iudicentur, l. fructus, 44. ff. de rei vendicat. l. vlt. §. fructus, 6. ff. quæ in fraud. creditor, l. ſed ſi meis, 26. §. arbor ff. de acquir. rer. domin. & ratio non permittat, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quam cuius in fundo radices egerit, l. adeò quidem, 7. in fin. ff. eod. tit. & §. ſi Titius alienam, 31. Inſtit. de rer. diuiſ. conſequens eſt, arborum in prædio emphiteutico ab emphiteuta inſertarum, dominium ad illum, cuius eſt ſolum ſpectare, atque adeò emphiteutam incidendo, ipſum prædium deterioraſſe, remque emphiteuticam violaſſe cenſeri: ac proinde priuationis pœnam incurrere. D. Bocer. d. claſſ. 2. diſp. 14. theſ. 86. edit. 2.
19 Nihil decerpit huic ſententiæ, quod obijcitur à diſſentiētibus (nimirum Franciſco Beccio conſ. 33. num. 7. & alijs, quorū meminit Corbul. d. c. 13. num. 2. ad fin.) dominum amittere quidē lucrum, ſed nullo affici dāno, ſi fructiferæ arbores, ab ipſo emphiteuta plantatæ, inciſæ fuerint. Reſpondetur enim: arbores iſtas, quoniam ſolo inhæſerunt, ratione directi dominij acquiſitas eſſe domino, ad quem directum ſoli dominium pertinet: ita vt ex illarum inciſione dominus non ſperato, ſed quæſito iam lucro priuetur. Lucri autem, quod quæſitum eſt, idem, ac damni ius habetur, argu. l. liberto octoginta, 26. ff. de bonis libertorum. Crauet. conſil. 764. num. 3. & ſeqq.
20 Quod † porro dictum eſt: emphiteut. fructiferas incidendo arbores iure ſuo cadere, id non procedit, quando emphiteuta, qui arbores frugiferas incidit, alias æque fructiferas in earum locum ſupplātauit, & ſubſtituit, argumento dict. l. in fraudem. 45. §. conductor, 13. ibi, non ſubſtitutis alijs, ff. de iure fiſci. Huiuſq. ratio manifeſta eſt: quia emph. in locum arborum inciſarum alias æque fructiferas, & fœcundas ſubſtituens, prædium emph. per iſtam inciſionēm deterius feciſſe non intelligitur, vt ſentiunt, poſt alios cōplures à ſe allegatos, Cæpoll. de ſeruitutib. ruſtic. præced. c. 22. de mōtib. nu. 13. Guliel. Redoan. d. tract. de reb. Eccleſ. nō alienan. de caducitate ob rei deteriorationé, verſ. & vt diſcutiatur. n. 13 pagin. 610. Tiraquell. de retract. conu. §. 3. gl. 1. n. 26. & Corbul. d. tract. de iur. emph. c. 13. nu. 28. Qui duo poſteriores plures limitationes, in praxi diligenter notandas, recenſent. *Harpr.*

b *Deteriorationem.*] An compenſentur melioramēta ad hoc vt euitetur caducitas: vide Iaſ. conſ. 17. *Giach.*

c *Fructiferas.*] Vide per Iaſ. in l. 1. col. pen. C. de iur. emphit. & in l. 2. C. eod. q. 57. Et quæ requirantur, vide per Iaſ. d. cōſ. 17. Tiraq. de retract. conn. §. 3. gloſſ. 1. num. 24. cum pluribus ſeqq. Emphiteuta tamen terræ buſchiuæ poteſt incidere arbores fructiferas abſque domini conſenſu, & abſque metu caducitatis, per Curt. ſen. in conſ. 71. col. fin & emphit. deteriorata ad hoc, vt dicatur, quæ requirantur, vi. dec. Tholoſ. 353. Item emphiteuticariam rem reficere, an poſſit emphiteuta, & per iudicem eccleſiaſticum cogi? vide ibi tractat. de caducitate rei emph. ob pacta non ſeruata, & arborum inciſionem: vide nouiſſimè per Rimin. iun. conſ. 355. *Giachar.*

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis emphyteutici an cadat ab emphyteuſi?*

Ex Additionibus.

1 *An emphyteuta, in ſolutione canonis ceſſans, & antequam dominus declaret, ſi velle, cum iure ſuo cecidiſſe, fructus percipiens, ad horum reſtitutionem teneatur.*
2 *Fructus ad rei dominum ſpectant.*
3 *Actus ſub conditione factus, ea non exiſtente, effectum non habet.*
4 *Mala fidei poſſeſſor fructus omnes reſtituere tenetur.*
5 *Vſufructuarius fructus, finito vſufructu perceptos reſtituere cogitur.*

QVÆST. XXVII.

1 Qværo, an Emphyteuta ceſſans in ſolutione canonis cadat a ab Emphyteuſi? Dixi ſupra quæſtione octaua.

ADDITIONES.

a Cadat.] Dic quod cadat ipſo iure, ſi dominus voluerit, cōmune vide quæſtione nona, vbi etiam dixi, per Cæphalū conſilio 152. numero nonageſimo octauo, & dixi in collecta mea commun. opin. verb. emphiteuta, & emphiteutæ incūbit onus probandi ſe ſoluiſſe, latè per Cæphalum conſilio octuageſimoſeptimo, numero tertio. *Giachar.*

1 *Cadat ab Emphyteuſi.*] Quod ab emphiteuta in ſolutione Canonis ceſſans, iure ſuo Emphiteutico cadat, abundè explicatum eſt ſupra ad quæſtionem octauam. Addi autem hoc loco illa quæſtio anceps, & perplexa poterit: ſi Emphiteuta in ſolutione canonis ceſſauerit, & antequam Dominus declarauerit,